



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

B. C. D.

DE EO QVOD IVSTVM EST
CIRCA
BLASPHEMIAM,

DISSERTATIO INAVGVRALIS JVRIS CRIMINALIS,
QVAM

RECTORE VNIVERSITATIS MAGNIFICO,

REVERENDISSIMO ET AMPLISSIMO DOMINO,

DN. PLACIDO,

REGALIS MONASTERII S. S. APOSTOLORVM PETRI ET PAVLI ORD. S.
BENEDICTI INTRA ERFORDIAM ABBATE, PRÆPOSITVRÆ ZELLENSIS
AD VVERKHAM DOMINO, S. FACVLT. THEOLOG.
ASSESSORE PRIMARIO, ETC.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

INDVLTV ILLVSTRIS JCTORVM ORDINIS ACAD.
ELECTOR. ERFVRTENSIS,
SVB PRÆSIDIO

DN. ERNESTI TENZELII, JCTI,

EMINENTISS. AC CELSISS. PRINC. ELECT. MOG. CONSIL. REGIMINIS, JVDICII
PROVINC. AC FACVLT. JVRID. ASSESS. EJVSDEMQVE H. T. DECANI,
NEC NON CIVITATIS CONSVLIS PRIMARIJ,

PRO LICENTIA

SVMMOS IN VTROQVE JVRE HONORES ET PRIVILEGIA
DOCTORALIA RITE ET LEGITIME
CAPESSENDI,

PLACIDÆ ERVDITORVM DISQVSSIONI SVBJICIET

JOH. ADOLPHVS HELMERTVS,

Advocatus Pirnensis,
IN AVDITORIO JCTORVM MAJORI, HORIS CONSVETIS

DIE X. NOVEMBR. A. MDCCXXVII.

ERFORDIÆ, Typis GROSCHIANIS, Acad. Typog.



B. C. D.
DISPVATIO IVRIDICA INAVGVRALIS
IVRIS CRIMINALIS
DE EO QVOD IVSTVM EST
CIRCA
BLASPHEMIAM.

§. I.



Miseritima certè in multis casibus est miserorum mortalium conditio, qui sæpissimè pro unico verbulo injurioso vitam periculo exponunt pro vindicanda fama, pro honore tamen divino vindicando, proh dolor! ignavi admodum sunt & vecordes; Blasphemia scilicet & dejectiones per

Miseria conditio hominum.

sacramenta & vulnera Christi, nostri Salvatoris, & alia horrenda maledicta, quæ meritò referre horret animus, sunt ejusmodi criminosa abominanda, ab omni voluptate atque utilitate maxime sterilia, ut omnino magis è re cujuslibet sit, hæc plane ignorare, quam multa de his palam in medium proferre. Nihilominus tamen adeo hominum crevit malitia, ut hoc delictum plene detestandum præ reliquis

A

quis multis caput extolleret; Hinc jam diu, nimirum in Reformatione Politica, de Anno 1548. Tit. von denen Gottes-Lästerungen / saluberrime constitutum: Nachdem die Gottes-Lästerung, im Göttlichen, Geistlichen und weltlichen Rechten, bey hohen Poenen und Straffen verbotzen, und durch solch beschwerlich Ubel Gott der Allmächtige, nicht allein gegen die Gottes-Lästerer, sondern auch gegen die Obrigkeiten, die solches zu wehren schuldig seyn, und geduldet, zu Wercken des Zorns, und erschrecklicher zeitlicher und ewiger Straffe beweget wird. Damit nun solch Geboth allenthalben in Reiche desto haß gehalten, und gehandhabet werde, sich auch niemand der Unwissenheit entschuldigen möge; So ordnen und wollen wir anfänglich, daß eine iede Obrigkeit ihren Pfarr-Herren und Predigern befehlen soll, das Volck alle Sonntage fleißig zu warnen, daß sie die Gottes-Lästerung, und bey den Nahmen Gottes, seiner heiligen Marter, Wunden, Krafft, Macht und dergleichen freventliche Schwüre und Flüche gänzlich vermeiden, und sich derselben enthalten, wie ihnen denn des eine sonderbare Verzeichniß von der Obrigkeit gegeben werden soll &c.

Morrendum crimen blasphemiae ex Recessu imperii notatur.

§. II.

Quis curam hujus delicti habere debeat?

Ex quibus verbis, uti & subsequenter sat abundeque apparet, nonsolum a Magistratu seculari sed praecipue etiam a verbi divini Ministris omnem curam esse adhibendam, ut hujus delicti atrocitati & gravitati frenum quasi injiciatur, ne per hujus conniventiam Nomen immortale ad iram vindictamque commoveatur, atque toti Reipublicae damnum irreparabile immineat: Variis etiam Recessibus Imperii, praeter allegatum, §. proxime precedente ferverissime de blasphemia constitutum. Videri enim de hac materia poterit, Recessus de Anno 1495. 1512. 1530. 1577. & 1599. quibus jung. *Const. Crim. Art. 106.* Jure nostro Saxo-nico autem de hac cavetur *Ordinat. Provincial. de anno 1559. & 1555. Const. Elect. 1. Part. 4. Ordinat. Polit. de anno 1612. & 1657. st. Dacif. noviss. Elect. 75.*

§. III.

§ III.

Cum igitur per actis consuetis & rigorosis Examini-
 bus ab Jctorum Collegio, facultas disputationem, PRO
 GRADU DOCTORALI LEGITIME OBTINENDUM habendi,
 benigniter mihi sit concessa, diu non hæsitati The-
 ma: *De eo quod justum est circa Blasphemiam*, eligere; Equi-
 dem de hoc ante me, PAVLVS FRANCISCVS ROMANVS
 Antecessor Universitatis Lipsiensis, anno 1670. nec non
 AVGVSTVS BENEDICTVS CARPZOVIVS Jctus Lips.
Celeberr. anno 1678. & forsân alii, peculiare conscripserunt
 dissertationes, ut taceam quod hinc inde in permul-
 tis tractatibus, ad quos in subsequens etiam provoca-
 bimus de hac materia sæpe ad nauseam usque, adductum
 videtur, quam ob rem ut dissertationi, præprimis in augu-
 rali, alium eumque noviore & huc usque nondum usita-
 tum præponerem titulum, rationes variaz mentem meam
 ab initio occuparunt; Tantum tamen absuit, ut ob jam-
 iam adducta consilium ceptum mutassem; Cum illi qui
 novitati & raritati student, sæpissime nil nisi monstra
 Theoretica (*ut ita dicam*) producant, quæ tamen praxis fo-
 rensis primo aspectu condemnat, nec unquam pro justo &
 legitimo partu agnoscit, ac nequaquam illi jus adoptionis
 concedit; Multitudo autem scriptorum, qui hac de
 materia occupati fuerunt, multo magis calcar mihi addidit,
 cum per eos nondum omnia exhausta viderim, ut itaque
 spicilegium forsân non injucundum, mihi relictum vi-
 deatur.

Ratio cur hoc
 thema tractetur.

§. IV.

Quoniam vero teste VLPIANO in *L. i. ff. de reb. credit.*
 bene factum, priusquam ad verborum interpretationem
 quis perveniat, nonnulli etiam de ipsius tituli significatio-
 ne referre, ne obscuritate vel ambiguitate ea, quæ deinde
 proferantur, laborare videantur, ideo & nos ejus admo-
 nitioni insistentes, quædam in genere de Blasphemia ad-
 ducere, supersedere non potuimus; Vocem blasphemiaz
 autem origine græcam esse, nemo forsân inficias ibi, quo-

Unde blas-
 phemia di-
 catur?

niam dicitur βλασφημία ἡ βλάσφημος, & ab Eufthatio exponitur τὰς φήμας βάλλων, qui rumoribus scil. malis petit. Alii quidem κατὰ τὸ βλάπτει τῆν φήμην, quod proprie significat famam boni nominis lædere, deducere malunt, vid. GIBBORT. VOL. *Select. Disput. Theol. P. 3. p. 786.* quæ explicatio tamen quamvis rem ipsam optime exprimat, analogiæ proprie convenire non videtur. Porro plures Critici in eo occupantur, ut ostendant blasphemix vocem principaliter de convitio injusto, eoque adversus Deum facto intelligi, nisi nempe alia explicatio adjicitur vid. GROT. *ad Matth. c. 9. comm. 3.* confer. AVG. BVCHNER *in Lexic. hac voce* ubi hoc verbum etiam in græco sermone semper ad DEI injuriam relatam fuisse scribit D. MATTH. MARTIN *Lexic. Pbilog. lit. B.*

Criticorum
de hoc ju-
dicio.

§. V.

Verbum blas-
phemix vari-
is modis su-
miatur.

Variis autem modis verbum blasphemare à JCtis adhibetur: Olim enim blasphemare sententiam, Germaniæ est Urtheil schelten, idem erat, quod appellationem interponere; Et blasphemus pro infami, avo latinitalis declinantis sæpè dicitur. Vid. CAROL. DV FRESNE *Glossar. voc. blasphemare.*

2. In Recessibus Imperii, blasphemare sæpè alteri injuriam inferre significat, uti inter alia constat ex FRIDERICI Imperatoris Codicillo, quo rem judiciariam & leges ordinat criminales, in Wormatia an. 1156. verba sunt sequentia: FRIDERICVS divina favente clementia Romanorum Imperator. Augustus; Cum imperialis clementia omnibus sibi devotis auxilium defensionis exhibere debeat, devotionis civium Vormatiæ haud immemores, pacem nostram imperialem eis tradidimus & tali eam conditione observari præcepimus, quod si quis infra terminum hujus pacis NB. aliquem blasphemavit, blasphemato sãtis faciens juramento se expurget. Vide latè Ill. JO. PETRI ALVDEWIG *Reliqu. Manuscript. omnis ævi Diplom. ac Monumentor. inedit. Tom. II. Diplom. XII. pag. 192.* Ulterius blasphemare est maledicere, convitiis insectari vel reprehendere, in quo lato significato non sãtem adversus Deum omnipotentem, sed etiam adversus Principem aliosque usurpatur. Pro-
prie

3.

prie autem blasphemia dicta adversus ipsum DEUM tan-
 dum committitur, hinc Germ. eam Gottes-Lästerung voca-
 mus, & hoc modo in nostra disputatione sumitur, ut igi-
 tur nobis blasphemia fit delictum, quo divina Majestas
 verbis factive contumeliosus laeditur.

Quomodo hic
 sumatur.

Blasphemie
 descriptio.

§. VI.

Loco generis in definitione, delictum ponitur, quod, Explicatur
 descriptio.
 uti opinamur, nemo inficias ibit, cum blasphemare divi-
 nam æternamque Majestatem omnino sit factum illicitum
 adeoque animadversione dignum, quia Reipublicæ
 interest ne delicta, præprimis contra Numen Immortale
 commissa, maneant impunita. Reliqua verba differenti-
 am specificam ab aliis delictis constituunt; Objectum e-
 nim est divina Majestas, seu ipse Deus & quod de Deo
 & mysteriis divinis revelatum est. Sic v. g. Patris cœle-
 stis misericordiam arrosit CAIN. Filii Deitatem ARIUS.
 Spiritum Sanctum blasphemi Pharisæi Majestatem Numi-
 nis BELSAZAR. Dan. V. v. 23. V. ROMANVS, de blasphemia,
 Tit. 1. §. 8. FORMAM. hujus delicti sistunt verba facta con-
 tumeliosa, quibus Deus à miserrimis mortalibus vel falsita-
 tis ac malitiæ accusatur, quod, uti modis vere infinitis fie-
 ri solet, in subsequentiis §§. variis casibus illustraturi su-
 mus. Plura ad blasphemie explicationem addere in præ-
 sentiarum non lubet, cum unicuique legenti ex hisce
 adductis constare possit, delictum, de quo disserimus
 longe ab aliis differre.

§. VII.

Dictum fuit in blasphemie descriptione illam factis Diviso blas-
 phemie,
 atque verbis contumeliosis committi. Doctores hinc
 inde occasionem sumunt dividere hanc in *Enunciativam* &
imprecativam vid. DANHAVER in Colleg. Decal. Disput. 4. p.
 357. seq. Alii hanc distribuunt in *immediatam* erga Deum
 factam, v. g. Cum Deus arguitur impietatis, injustitiæ &c
 & *mediatam*, ut, quando quis maledicit per passionem, aut
 vulnera Christi &c. Wann die Gottes-Lästerung ohne Mit-
 tel

tel in Gott geschieht, als daß jemand Gott fluchte, wie daß derselbe nicht fromm, gerecht und heilig sey ꝛ. quod ipsum etiam sequitur CAROL. V. IMPERATOR, in Ord. Crimin. Art. 106. vid. COLER. p. 1. Dec. 172. Alii blasphemiam dividunt in eam, quæ fit vel corde, vel ore, quia actus est vel interior exterior. Item, in simplicem & qualificatam, vid. LESSIVS de Justitia & Jure Lib. 2. cap. 45.

§. IIX.

Tribus modis
potissimum
committitur.

- 1)
- 2)
- 3)

Plerique quos interest etiam BEYERVS ad Art. 106. Const. Crim. n. 4. tribus modis blasphemiam committi asserunt. 1) Quando quod Deo non competit, tribuitur, v. g. impotentia, injusticia, malicia, insipientia, crudelitas &c. 2) quando quod ei competit negatur e. g. omnipotentia, omni scientia, misericordia, clementia &c. & 3) quando quod ei soli competit, creaturæ adscribitur. Quod pertinet ad priores duos modos, clarissime de illis loquitur Recessus imperii de anno 1512. Tit. von denen Gotteslästerungen, §. Nemlich so jemandts ibi: So jemand Gott zu messen würde, daß seine Göttl. Majestät und Gewalt nicht bequehm, oder mit seinen Worten, das Gott zustehet, abschneiden wolte, als ob Gott nicht ein Ding vermöchte, oder nicht gerecht wäre ꝛ. Cum quibus verbotenus fere convenit. Nemesis Carol. Art. 106. ibi. So einer Gott zumißt, daß Gott nichts bequem ist, oder mit seinen Worten Gott, das ihm zustehet, abschneidet, die Allmächtigkeit Gottes ꝛ. Hinc si quis dicat: Deo invito vel repugnante hoc efficiam, committit blasphemiam, quia si reluctante eo aliquid facere velimus, illius potestati & omnipotentia detrahimus. PROSPER FARIN. in Tract. de Crim. lib. I. tit. 3. qu. 20. Idem etiam est si dicat: In despectum Dei faciam hoc. Daß will ich Gott zu Hohn und Troße thun. Hæc quippe verba perinde habentur, ac si quis diceret: Deum ei prohibere non posse, atque adeo recte pro blasphemia reputantur. BOER. Dec. 310. Tertium modum autem alii, non agnoscere, sed eum ad secundum reterre malunt, id quod etiam facit ROMANVS c. 1. tb. 22. quia quoties Naturæ tribuitur, quod

quod soli Deo accepto ferendum, Majestati divinæ aliquid derogatur, quoniam removetur ab ea, quod alias ipsi soli competit.

§. IX.

Quæ §. præcedente de impotentia, quando hæc Deo denegatur, dicta sunt, Doctores communiter cum hoc temperamento accipienda existimant; Locum habere in iis verbis & rebus quæ sui naturæ effici possunt; secus, si proferantur super eo, quod nec ipse Deus facere potest: v. g. si quis dicat: Deum mori, mentiri &c. non posse; Et hoc modo

Circæ impotentiam Dei Dd. distinguunt.

HIERONYMVS ad EVSTACHIUM c. 11. *Caus. XXXII. qu. 6.* notabiliter adscribit: *Audenter inquit, loquar, cum omnia possit Deus, suscitare virginem non potest post ruinam; Valet quidem liberare de pœna, sed non vult coronare corruptam.* Rationem horum similibumque Doctores in eo ponunt: quia licet Deo impossibile non sit, ut Zonam virginitatis colligare, & ita vitiatam restituere, vel factum infectum reddere possit; Quia Deus tamen non solum est omnipotens, sed

NB. etiam verax, etsi diceremus, quod Deus hoc facere posset, detraheremus in alio proprietati divinæ Majestatis, nempe ejus veritati, hancque ob causam recte hæc omnia absque crimine blasphemix dici posse plurimi sibi persuadunt; Imò ulterius hæc extendunt ad eum etiam casum, quo Deum unam rem in aliam permutare non posse, ita ut is, qui tale quid statueret, non peccet, nec crimen blasphemix committat, v. JACOB MENOCH. Lib. 2. arbit. jud. qu. cent. 4. cas. 375. n. 8. seqq. Quod ultimum tamen merito displicet, cum ex sacro codice contrarium probari possit; Sic enim Salvator noster aquam in vinum, realiter & substantialiter transmutavit, vid. Evang. Job. c. 2. v. 3. seqq. 9. Exod. c. 4. v. 4. C. 7. v. 12. conser. BERL. P. 4. Concl. 1. 12. 13. ut igitur contraria sententia ratione hujus asserti haud perperam pro verâ habeatur.

An sit blasphemia si quis dicat: Deum hanc rem in aliam mutare non posse? Negat. Menoch. Rectius affirmatur. Exempla.

§. X.

§. X.

Personæ, quæ
blasphemate
non dicuntur
referuntur.
Huc pertinent
1) Infantes.

A definitione illiusque divisione, de quibus huc usque egimus, ad personas quæ blasphemiam committere possunt, vel non, transgredimur. Excludimus autem 1) Infantes, qui annum septimum nondum adimpleverunt; Formalitas enim omnis delicti est dolus malus, infantes vero doli mali capaces non censentur, ergo ab his blasphemia, quæ tanquam gravissimum contra divinam Majestatem delictum dolum præstruit, committi non dicitur, etsi etiam forsân, quia ab aliis ejusmodi verba audiverunt, quadam contumeliosa proferant, propterea tamen pœna ordinaria puniri non possunt, *l. 1. c. ad Leg. Corn. de Sicc. l. 12. ff. eod.* Interdum tamen ob morum enormitatem fieri potest castigatio, Züchtigung mit Ruthen non solum à parentibus, sed etiam ad Magistratu; Hic enim si animadvertat in Infante qualem qualem malitiam, (*ubi tamen omnino caute procedendum esse arbitramur*) & doli alicujus capacitatem, eum arbitrarie etsi non severiori aliqua pœna, attamen, in carcere virgarum castigatione puniri potest; Qualis pœna dictata fuit *Puero VII. ann.* apud *CARPZ. Prax. Crim. Qu. 143. n. 20.* Infans autem *v. g. puer VI. ann.* plane doli capax non censetur, hinc etiam si alteri infanti manum ascia amputaverit, actione Legis Aquiliæ non tenetur. Vide integrum Responsum de hoc casu cum rationibus dubitandi & decidendi, quod refert. *Illustr. BERGERVS in Elect. Jurisp. Crim. p. 145. seq.* Si vero blasphemia ab impubere, qui proximus est pubertati, comittatur, tunc omnino Pœnam extraordinariam, locum sibi vindicare dubitandum non est, *l. 7. c. de pœn. jud. Crim. Art. 146. Land-Recht. l. 2. art. 65.*

§. XI.

2) Furiosus.

Excludimus 2) furiosum, qui quidem verba obscena, injuriosa turpia ac contumeliosa proferre potest; Attamen si hoc eo tempore, quo furore laborat, fiat, nulla pœna propterea afficiendus est, *l. 12. ff. ad leg. Corn. de sicc. l. 9. §. 2. ad leg. Pompej. de pœnicid.* ipso enim furore jam satis

tis punitus, hinc afflicto afflictio facienda non est, per leg. 14. ff. de Offic. Præs. vid. Præjud. apud Carpz. Pr. Crim. quest. 145. no. 19. Ne tamen aliis aliud & majus inferat damnum, diligenter custodiendus est, d. d. l. l. Aliud vero omnino statuendum, si blasphemia tempore dilucidi intervalli sit commissa, quo casu, quia tunc, quondam furiosus, omnia recte expedit, v. g. alienare, testamentum condere, contrahere valide potest; Sinedubio etiam ordinaria blasphemix pœna puniri poterit, quod etiam eo extendi debet, si furor supervenerit, seu quando delinquens post delictum commissum furere cœperit, Ubi quidem tempore furoris puniri nequit, remisso verò furore, si iterum ad sanam mentem veniat, executio demum peragenda. v. CARPZ. d. l. n. 22. Cæterum de furioso notandum: Qui furiosus fuit, præsumit etiam tempore admissi criminis furiosum fuisse; Non illum quoque, qui hæcenus sana mentis fuit: quamvis tempore admissi in furorem incidisse dicatur. Ill. BERGER. in El. Jur. Crim. Cap. 1. §. 3. p. 5. Ubi ex ANT. MATTH. adducit: Ne tum quidem furiosum puniendum esse, cum is culpa sua in furorum incidit.

§. XII.

Quæ dicta sunt de furioso, extendimus 3) etiam suo modo ad mente captum, hic enim regulariter crimen blasphemix non committit, quia etiam mente, i. e. ratione caret, merito igitur cum præsumtio doli in hoc cesset, excusandus erit; Mente captus quippe furioso comparatur, & à pari procedit cum illo, ut docet PARIS. Conf. 88. n. 6. 7. & 38. Judicis tamen arbitrium hic excludere nolumus. 4) Huc referimus surdum & mutum natura talem simul; Quoniam regulariter in hoc quoque intellectus deficit, ideoque blasphemiam committere posse, tuto asseri nequit; vid. tamen CARPZ. Qu. 147. n. 17. seq. Si verò casu talis sit, tunc videndum an per scripturam ac eo hoc delictum committatur, quo casu a pœna immunis vix erit; Aliud etiam statuendum, si infortunium sit discretum i. e. si aliquis sit mutus tantum vel surdus tantum; Ille enim scribendo,

3) Mente captus.

4) surd. & mut. natura.

Limitatur.

B

bendo,

5) Summe melancholicus.

bendo, hic vero nuncupando verbis, uterque vero factis contumeliosis ac turpibus blasphemare, procul dubio valet.
 5) Excipimus summe melancholicum, ad minimum à poena ordinaria, quia & hic ratione sana, qua regulariter mortales præditi, ob infortunium suum recte uti nequit; Ubi tamen multa iudicis arbitrio committenda esse, arbitramus, cui omnino in quali & quanto gradu melancholia deprehendatur, determinare, & sic etiam de melancholici delicto statuere convenit. *Confer. CARPZ. Prax. Crim. Qu. 145. n. 53. seq.*

§. XIII.

6) Summe ebrius.

Ad ebrium 6) pervenimus; Ubi in antecessum monendum, nos hic saltem de magna, immodica *sive* enormi ebrietate loqui; Variis enim modis ebrietatem dividunt, de quibus solliciti non erimus; Cum pro ratione instituti nostri sufficere debeat inquisivisse, *an ebrius committat crimen blasphemie?* Facti esse ebrietatem nemo facile negabit; qualia, quæ sunt, non præsumuntur, sed probari debent, *per l. 1. l. 16. C. de probat. l. 10. C. de N. N. P.* Hinc blasphemanti, ebrietatem alleganti non creditur, nisi ejus fidem fecerit indubitatum. *Ripa in l. f. n. 89. C. de revocat. donat.* Probatu autem difficilis est hæc omnino, ita, ut testi super ea deponenti, nisi simul reddat dicti sui concludentem, rationem, neutiquam credatur. *FELIN. in Cap. causam. l. X. de testam. BALDVS in l. furiosum C. qui testam. fac. poss.* Interim cum aliquis allegat se maxime ebrium fuisse propterea que se hoc vel illud factum commississe, ignorare, iudex omnino testes examinare non solum modo potest; sed etiam antequam ad juramentum purgatorium convoler, merito debet; Qua casu fides testibus est habenda, si ex *aspectu* illius, qui ebrius fuisse asseritur, aut quod is locutus sit ut ebrius, aut semper nimium bibere solitus. aut ex ingressu & gestibus illius collegerit. *Wenn einer v. g. nicht nur als ein Truncfener getaumelt, sondern gar nicht alleine gehen können, öftero übern Hauffen gefallen, wunderliche Gebarden*

berden gemacht, alles, was ihm vorkommt, zerschmiffen *re. vid.* GILHAVSEN *Arb. jud. cap. 6. p. 1. §. 214.* HARPRECHT. *ad Pr. Inst. de Nupt. n. 44.* FARINAC *de testibus qu. 70. n. 50.* Si igitur duo testes omni exceptione majores de ejusmodi enormi ebrietate (*quam quidem ebriositatem vocare amant.* v. GAIL. *L. II. obs. 110. n. 27.*) deponant, à pœna ordinaria blasphemiz ejusmodi ebriosum, non verò plene immunem ab omni pœna esse putamus, *vid.* BOER. *Dec. 301. in fin. & CARPZ. P. IV. Const. I. def. 4.* Optime quippe notum est, quod ebrietas judicium hominis pervertat, ex Rege servum faciat, ex sene puerum, ex sano insanum, ex infante disertum, è sapienti stultum, è stulto fatuum. v. GRIM. *l. 2. de Opt. Senator p. 257.* Imo ebrietas est Dæmon blandus, venenum dulce, rabies voluntaria, illecebra voluptatis & pudoris, injuria, quam nullus noverit Christianus &c. secundum BERNHARDVM. Etsi summam dicere velimus: Animum simul ac corpus perdit.

§. XIV.

Ex dictis haud obscure, evincitur eos solummodo ordinaria blasphemiz pœna esse plectendas, qui malitiose ac dolose Deum blasphemaverunt; Id quod tamen de iis, qui enormem ebrietatem mentis ac rationis omnino expertes sunt, nequaquam dici potest, quæ sententia variis Præjudiciis corroboratur à CARPZ. *Pr. Crim. qu. 146. n. 57. sq.* Si vero testes deficient, & blasphemus nihilominus enormem ebrietatem se excusare velit, tunc ad jus jurandum purgatorium, aliquando tanquam subsidiarium ac ultimum remedium decurrendum esse statuunt, cui & standum est, cum animus per jusjurandum vel uri per spiritualem torturam demonstratur, uti loquitur VLPPIANVS *in l. 20. pr. ff. de Acq. vel omitt. hered.* Ubi tamen velim observare distinctionem inter causas civiles & criminales; Quæ enim de jure jurando purgatorio dicta sunt, non nisi ad causas civiles regulariter referenda; In Criminalibus enim ob metum per jurii, difficiliter sine dubio admitteretur ju-

Dolus in blasphemio requiritur. qui in ebrietas cessat.

Testibus deficientibus ebrius jurare tenetur.

raturus, quoniam hic insuper veræ ac legitimæ, imo iuxta *l. f. Cod. de Probat.* probationes luce meridiana requiruntur, ut igitur ebrius tum regulariter assertionem suam in tortura obrinere debeat, uti pronunciatum refert. CARPZO *v. qu. 146. n. 66. § 67.* Nisi & hoc casu circumstantiæ & æquitatis ratio aliud suadeant *v. c.* si quis ebrietatem semiplene probaverit, juramento purgatorio locum esse, vix quisquam, ut opinamus impugnabit, sicut pronunciauit *Fac. Jur. Jen. teste STRUVIO in Comment. ad L. V. decret. delict. cap. 8. obs. 6.* quid pœnitentia hoc casu, cessante ebriositate operetur, vid. CARPZ. *qu. 146. n. 55. conf. BERG. in Elect. Jurisprud. Crim. p. 7. § in Supplem. ad dict. Elect. Part. II. obs. 4. § 5.*

§. XV.

Regula de iis
qui blasphemare possunt.

Visis huc usque nonnullis personis, quæ regulariter blasphemare non dicuntur, paucis nunc etiam eas tangemus, quæ omnino hoc delictum committunt, Ubi hanc regulam formamus: Omnes, qui legitimæ sunt ætatis & sana ratione præditi, si contra divinam Majestatem in ejusque contentum injuriosa, turpia & obscena proferant, non habito respectu personarum, in crimen blasphemiae incidunt. Leges enim hoc casu non distinguunt, hinc nec nostrum est distinguere a *l. 8. ff. de publ. in rem. act.* Et Ordinationes Politicæ omnes omnino maledicos, cujuscunque conditionis fuerint, puniri jubent. *Vid. Ord. Polit. de Annis 1584. § 1577.*

§. XVI.

Hoc crimen
committunt
1) Clerici

Patet ex dicta regula generali, quod hæc etiam ad Clericos pertineat; Hi enim uti alia delicta gravissima non saltem committere possunt, sed sæpe etiam (*utinam ejusmodi facta nobis non essent nota!*) seposito quasi pauper officio suo committunt, sic etiam blasphemare valent; quod *Rec. Imperii de anno 1512. Tit. Von. G. Ottes. La. stern §. und sollen die Thäter da sie geistlich wären it. de anno*

no

no 1548. eod. Tit. §. 3. verb. soll der Gottes-Lüsterer er sey geistlich oder weltlich &c. satis confirmat, Consentit Jus ipsum Canonicum v. c. 10. *Caus. XXII. qu. 1. ibi: Si in Ecclesiastico Ordine.*

Dissentiunt quidem Doctores Juris Pontificii qui Clericos non ita ut Laicos hujus criminis reos faciant; & omnino aliter puniendos esse volunt, ne propter hujus modi satis factionem publicam vilescat Clericalis ordinis dignitas. *vid. Jul. Clarus in Pr. Crim. c. §. blasphemia n. 3. versu: quae tamen poena non habet locum.* Cum vero hoc sine sufficiente ratione sineque legis auxilio statuatur, & omnino sine lege loqui erubescendum, *Nov. 18. c. 5. hinc vix ac ne vix quidem huic opinioni subscribendum; Clericos graviore poena esse afficiendos quia majore contentione pietatis suae laicis praeberere debent exempla vid. MOLLER ad Con. slit. Elect. 1. p. 4. it. BERLICH. Part. 4. Concl. 1. n. 109. Hinc Scabini Lipsenses, non dubitarunt Pastori cuidam in Principatu Anhaltino, ob verba contumeliosa in Dominum & Salvatorem nostrum prolata, poenam gladii dictare, apud CARPZO V. qu. 45. n. 50.*

Dissentiunt
Dd. Juris
Pontificii,

Resistantur.

§. XVII.

Nobiles intuitu blasphemiae nullum merentur privilegium, nec ad justitiae distributivae administrationem, ubi non raro respectus personarum attenditur, provocare possunt; Cum hoc saltem in poenis non taxatis, ungemessen und undeterminirten Strafen, procedat, in aliis enim delictis ubi certa poena legibus publicis statuta; uti etiam in blasphemia factum, indistincte à judice illa quoque imponenda, cum iudex, qui major vel durior lege, infamia sit notandus. *vide Prajud. apud BERLICH. P. IV. Conclus. 2. n. 12.* Ubi nobilibus poena numellarum dictata fuit. Caveant ergo sibi ii maxime, qui genere, sanguine, virtute &c. aliis praeferendi, ne propria culpa maculam generi suo addant, praepriis cum horum delicta à non paucis Doctoribus pro majoribus quam aliorum, qui

2) Nobiles.

sunt ex tece plebis, reputentur, hinc etiam LIMNEVS in *Jure publico* L. 6. c. 4. n. 65. furem nobilem in altius patibulum suspendendum esse, concludit. Hic enim vere locum habet illud Juvenalis:

*Omne animi vitium tanto conspectius in se.
Crimen habet, quanto, qui peccat major habetur.*

- 3) *Militia.* Nobilibus autem adjungamus etiam *milites*; Horum quibusdam proprium plerumque est, quod vix verbum absque blasphemia proferant, & juxta mores receptos inter eos, vix fortes militiæ vel apti habentur nisi qui graviter & horrendum blasphement; Ast nec hi, uti & *Studioli*, nullibi à pœna blasphemiz ordinaria excepti leguntur; Cum verba Recessuum Imperii hac in re sint generalia, cum quibus etiam convenit. Das *Torgauische Ausschreiben* de Anno 1584. rubr. von Gottes-Lästern ubi Elector Saxoniz expressis atque conceptis verbis disponit. *Dasß ein jeder in unsern Landen, wes Standes oder Wesens er sey/ sich aller Gottes-Lästern bey Vermeidung der darauf gesetzten Strafe hinführo enthalten.* Ex quibus
- 4) *Rustici.* verbis generalibus satis apparet, quod neque *Rustici* ab hujus criminis reatu excipiantur, quibus tamen ob eorum simplicitatem jura variis in causis succurrunt, vid. I. 2. §. 1. *si quis in jus voc. 1. Nov. 154. c. 1.* ut propterea etiam in contrariam abeat sententiam, JVL. CLARVS in d. §. 5. *blasphemia n. 3. sub fin. versu*: Nisi & rusticitas. Verior tamen est opinio, *rusticos non esse exemptos*, quia in his, quæ prohibita sunt vel de jure divino vel Naturali, vel Gentium rusticitas non meretur excusationem; Atqui his juribus omni blasphemia damnetur, ergo recte ordinaria etiam pœna afficiuntur rustici. Consentit FARIN. *Tract. Crim. L. 1. tit. 3. qu. 29. n. 52. seq.* BERLICH. *Part. II. Conclus. 1. n. 106.* Cæterum juxta regulam, §. 15. traditam etiam *feminas* huç referimus; quibus equidem varia in jure nostro competunt privilegia, nullibi vero ab hoc crimine, exceptæ inveniuntur; Ideo si ab his blas-

blasphemia sit commissa, ordinariam poenam locum sibi vindicare dubitandum non est.

§. XIIX.

Cum Judæi in Imperio nostro, variis etiam in statu Imperii territoris tolerentur, ac quotidie fere cum Christianis conversentur, non inutile erit, si hoc loco paucis inquiramus; *An crimen blasphemie Judæi committant?* quod omnino affirmandum videtur: quamvis enim secundam personam divinitatis non agnoscant, cum tamen inter Christianos tolerentur, atque hoc modo vita sustentationem quarant, merito etiam Christianorum leges ad eos applicantur, a l. 8. C. de Judæis. Recessus quippe Imperii nostræque Constitutiones in Saxonia de blasphemia tractantes, inter *cives, incolas & peregrinos non distinguunt, sed in genere loquuntur, ut ideo merito Judæi, qui horrendas blasphemias quotidie adversus Salvatorem nostrum, & nos ejus membra, virulento & spurco ore exspuunt, ordinaria blasphemie poena sint coercendi. Unde in casu quo Impius Judæus è specula sordes dejecerat, & crucem iisdem deturbaverat, quam Clericus in publica processione cum precibus deferebat, ultimum supplicium dictatum fuisse, memorat MENOCH. de Arbitr. Jud. quest. L. II. Cent. 4. Caus. 367. n. 4. Et morte illum dignum fuisse existimat, qui Mediolani imaginem Salvatoris pugione percusserat, his impiissimis verbis prolatis: Utinam, Christe, potuissim te in utero matris tuæ ita transfigere, quemadmodum tuam hanc transfixi imaginem, d. loc. n. 5. cum CHASSAN. Conf. l. n. 69. & THESAUR. Dec. 241. n. 6. Pertinet huc quod GREGORIUS XIII. Papa Inquisitoribus mandat in Cap. V. de Judæis lib. VII. ut si Judæus Christianos deriserit, redemptionisque nostræ hostiam salutarem in ara Crucis immolatam, Christum Dominum ludibrio & despectui habens, quandocunque maxime vero in sacro Parasceves die, agnum sive ovem aut quid aliud cruci affixerit aut appenderit, in campo conspuerit, seu quodcun-*

An Judæus blasphemiam incurrat?

Affirmatur.

Huiusultimum supplicium dictatum fuit.

Horrendi Judæi blasphemias.

que

quæ contra ipsum fecerit, pro culpa modo aut etiam pro criminum numero, vel multiplicatione, aut consuetudine delinquendi, flagra, remigia etiam perpetua, rerum quoque publicatione, exilia aliaque atrociora decerant & alias de eis exempla edant, quæ sceleratos illos deterreant ab hujusmodi flagitiis imposteriorum admittendis. Facinus autem ejusmodi, cui dictus Papa tantas pœnas, constituit, imprimis Turcarum Sultanus SOLIMANVS, cum anno MDLXI. Budam Hungariæ occupasset, admisisse legitur, felim in contumeliam Domini nostri Jesu Christi cruci affigens, vid. POLYC. LYSERI *Harmon. Evang. cap. 123. §. conf. Hostiens in Sum. X. de Judæis & Saracenis, §. §. in quibusdam grauentur n. 6. sub. fin. versu: cum autem Judæis FARIN. Pr. Cr. Lib. 1. Tit. 3. qu. 20. n. 40. BOES dec. 301. n. 16. seqq.*

§. XIX.

Cuique igitur facile constabit Judæos & blasphemiam committere, & propterea etiam puniendos esse, in quo Doctores fere omnes consentiunt; Dissentiunt autem inter se, à quo Judice Judæus blasphemus sit puniendus? Alii enim Ecclesiasticum, alii Seculare præferunt, alii denique mixtum iudicium formandum esse adstruunt; Nos, missis aliorum sententiis in ea sumus opinione: *Magistratum secularem solum, Judæum blasphemum punire posse; quia Judæus est laicus, ergo ad iudicem secularem est remittendus; accedit, quod Judæi generaliter sint de foro seculari, JVL. CLARVS, in Pr. Crim. §. blasphemia n. 5. BOER. Dec. 301. n. 18. THESAUR. Dec. 241. n. 7. Quæ opinio non tantum quotidiana observantia, comprobatur, ubi a solo iudice seculari de blasphemia cognosci, huiusque criminis reos cœrceri videmus, sed etiam præprimis, in Provinciis Electoratus Saxonici propter textum in ordinat. Eccles. tit. von den beyden Consistoriis art. 10. Was vor Grafen das Consistorium, und desselben Assessorn zuerkennen, und zugebrauchen haben sollen, vers. Dann ob sie wohl ic. uti præjudicio SCABIN. LIPS. corroborat*

A quo Iudice
Judæus sit pu-
niendus?

Nostra opi-
nio.

roborat CARPZOV. P. IV. C. 1. def. J. j. id. qu. 45. n. 45. n. 52. seqq. In locis igitur reformatarum Ecclesiarum blasphemus indistincte sive Clericus sive laicus sit, à iudice seculari punitur per Nov. 77. c. 1. §. 2. In Imperio Romano autem ita est constitutum ut Clerici à iudice Ecclesiastico, laici vero à seculari puniantur. vid. Recess. Imper. sub. Maximil. de anno 1582. tit. Von denen Götter- und Kästern §. und sollen die Thäter NB. so sie geistlich wä- ren.

§. XX.

A personis quæ in crimen blasphemix incidunt, transimus etiam ad illius pœnam; Ubi non piget, antequam in specie de hac agamus, quædam, quæ notatu digna nobis visa sunt, ex FÖRSTNERO in *Epist. de moderno Imperii Statu p. 23.* transcribere. Sic autem est. loc. dicit: In id saltem omni studio evitandum Principibus et Magistratibus est, ut negatas Ecclesiasticas pœnas ipsi severissime exequantur, nec impunitis majorem sceleribus licentiam faciant: Neque ad ulteriora tantum homicidia furtaque, et quæ alia societatem hominum et tranquillitatem publicam ledunt, sed præcipue Idololatria, Magica artes, Blasphemia, Sabbati profanatio et cœtera, quæ in contumeliam Dei directe tendunt, fortissime vindicanda sunt. Nihil enim magis magisque profanum dici potuit, quam quod Tiberius olim dixit: Deorum injurias Diis curæ esse, quasi nil ad homines pertinerent, vid. DAMHOVD. Pr. Crim. c. 61. n. 1. VIV. L. II. Dec. 275. n. 10. ubi sequentibus numeris hoc crimen pluribus exaggerat.

Förstneri ver-
ba notatu di-
gna.

§. XXI.

Reipublicæ per dicta inter est, ne delicta maneant impunita, cum in emendationem hominum, ut alii se. à delinquendo abstineant, sint introductæ, ideo maxime blasphemia, tanquam crimen omnium atrocissimum, quoniam hoc ipso divina Majestas læditur, coercenda, Variis autem modis hanc puniri videmus. Jure Pœna blas-
divino

C

phemis Jure
divino.

Jure humano
variat.

Pœna in ma-
gno Metro-
politano.

In regno Nea-
politano.

In Hispania.

In Gallia.
In Italia.

In Danie reg.

divino Magistratui serio præcipitur ut committentes aut blasphemantes in Deum, lapidum oppreffione coërceat. vid. *Levit. 24. v. 23.* Jus humanum autem circa pœnz impositionem variat; Quandoque enim statuta & consuetudines locorum sunt observandz. Sic in magno Metropolitanano blasphemus plerumque in pecunia puniunt; Aliquando tamen jubent stare in scholis palatii ad bellinas vel catenas; quandocunque injungunt præcipitare, seu plangere in aqua tribus vicibus vel pluribus ad arbitrium judicis. De quibus testatur BOER. *Dec. 301. n. 15.* In regno Neapolitano obsecisione linguæ punitur, quæ pœna tamen postea immutata in perforationem linguæ, quæ clavo publice fiat. teste GRAMMAT. *dec. 50. n. 1. seqq.* In Hispania sancitum ut blasphemus, præsertim si plebejus sit, pro prima blasphemia verberetur, pro secunda notetur in labiis ferro candenti signo crucis; pro tertia lingua ei abscindatur, teste DIDAC. COVARR. quæ pœna in Gallia obtineat, & BOERII *Dec. 301.* adducit BERLICH. *C. IV. Concl. 1. n. 52.* Per totam Italiam autem receptum est, ut blasphematori etiam pro atroci blasphemia non pœna mortis imponatur, sed duntaxat ad plus ad triremes is damnetur, uti testatur FARIN. *Tr. Crim. Lib. 1. tit. 3. qu. 20. n. 67. vers. sed quicquid sit de Jure.* Jure Danico sic cautum legitur; Qui contumeliam in Deum eructasse, ejusque nomen sanctissimum, verbum & Sacramenta blasphemasse convictus fuerit: Ei vivo lingua refecabitur, & caput ejus amputatum una cum lingua palo imponetur. vid. *Jus Danic. CHRISTIANI V. Lib. 4. cap. 1. §. 7. p. 542.* DÖPLERVS in *Theatro panarum &c. P. 1. cap. 46. n. 16. p. 946.* de blasphemia sequentia adducit: Man hat auch wohl vor diesen denen Gottes-Easterern die Zunge auf eine Seule oder auf einen Block genagelt und sie so lange stehen lassen, bis sie selbst solche durchgerissen: Immassen, pergit, der Schöppen = Stuhl zu Coburg einmahls gesprohen;

Sat

Hat ein Töpfers-Gefelle, als er gespielet, GOTT gelästert, mit nachfolgenden Worten: SO GOTT nicht so hoch droben wäre/ so wolte er sich mit ihm hauen/ als ein Schalck mit den andern/ er wolte ihm St. Veltzen geben/ Wann aber er die GOTTes-Lästern dahinhals, oder sonsten, mehr denn einmahl gethan, oder geübet hätte, und er würde dieses bekennen, oder aber überwiesen, möchtet ihr ihm mit der Zunge auf einen Stock nageln lassen, als lange er sie sich selbst austreiben müste.

§. XXII.

Jure Justiniano blasphemi, si prius fuerint adm-
niti abstinere ab his illicitis, & nihilominus in iis per-
manerint, debita castigatione affliguntur; quod si nec-
tum desistant, digni censentur ultima subire supplicia,
per Nov. 77. c. 1. præcipimus. Nec vero Imperator tan-
tum reis poenam mortis comminatur, sed etiam *Magistra-*
tus, qui reos deprehensos impunitos dimiserit & divinum
judicium & indignationem Cæsaream interminatur. d.
N. 77. Jus autem Canonicum hac in parte à Jure Civili
divortium fecit, ac mitiorem poenam transgressoribus di-
ctat, uti ea exprimitur in c. 10. *Caus. XXII. qu. 1.* ubi blas-
phemus jurejurando per capillum aut caput Dei vel alio
modo, si in *Ecclesiastico fuerit ordine*, deponitur, si *Lai-*
cus anathematizatur; quod si per creaturas juraverit
acerrime castigari jubetur. JURE IMPERII in diversis
Imperii Recessibus diversæ etiam in blasphemos consti-
tutz reperiuntur poenæ ita, ut certa poena non definita,
sed arbitrio judicis relicta videatur. Recessus enim de
Anno 1594. pecuniariam blasphemis imponit. Daß ein
solcher eine Mark Geldes zur Strafe geben solle; quod in
Recessu de anno 1500. confirmatum. In Recessu vero de
anno 1512. corporalis vel pecuniaria ratione blasphemiz
in Deum immediate vel mediate commissæ, statuitur.
In Recessu denique de anno 1530. vel carceris vel adem-

Jure Justiniano.

Jure Canonico.

Jure Imperii
certa poena
non est de-
terminata.

Constitutio
Caroli V.

Pœna jure Im-
perii, juxta re-
centiores Re-
cessus.

tio bonorum *vel* mortis pœna pro ratione blasphemiz re-iterata reis infligitur, tit. von Göttes-Estereu vers darauf ordnen und setzen wir. Constitutio CAROLI V. blasphemis, secundum qualitatem personæ & criminis magnitudinem, pœnam corporis afflictivam, membrorum mutilationem, aut etiam ultimum supplicium comminatur. In novioribus tamen Impetii Recessibus, de anno 1548. & 1577. Tit. von Göttes-Estereu, indistincte mortis pœna, aut mutilationis membrorum decernitur blasphemis, habita ratione circumstantiarum.

§. XXIII.

Etiam non
blasphemi hæc
pœna affici-
untur.

Pœna dictata in allegatis Recessibus non tantum ipsi delinquentes sunt affiendi, sed & illi, qui audiverunt aliquem verba blasphemia evomere, si intra octiduum crimen illud judici non sit denunciatum; quæ delatio si sit intermissa, arbitriam meretur pœnam. *a. Nov. 77. c. 1. §. 2. Consentit Ord. Pol. Imper. d. A. 1548. Tit. 1. §. 2. 4. Ord. Pol. Sax. Elect. d. A. 1612. §. So lassen.* Eo etiam respexit in denunciatore des Sacramentkens, injuriarum actione convento, *Fac. Jur. Lips. Mens. Jun. 1700. referente DN. MENCKEN. in Theor. & Praxi Pandect. p. 1531.* Cœterum in genere notat RITTERSCH. *ad Nov. 77.* Si de moribus nostris quæstio; Consuetudine ferè generali non amplius servari pœnam capitalem, licet male; Pœnam autem plerumque dictari, ut *vel* lingua amputetur blasphemis *vel* perforatur ferro, *vel* in exilium pellantur, *vel* alia pœna afficiantur pro diversitate statutorum *vel* consuetudinum.

§. XXIV.

Jure Saxonico
blasphemiz
pœna.

Jure Saxonico de pœna blasphemiz a) habetur *Ord. Nat. Provinc. de anno 1550. it. de anno 1555.* in quibus Elector Saxoniz ferè ea, quæ in supra allegatis Recessibus disposita sunt, repetiit; Cum tamen de horum intellectu valde disputatum sit, uti videre licet *ex Consult. Constit. Sa-*

NON.

xon. Tom. 1. part. 4. qu. 75. & Tom. 2. part. 4. quest. 8. DIVUS
 AVGVSTVS deinde prædictas Ordinationes Anno 1572. in
 P. IV. Const. 1. & Anno 1583. im Torgauschen Ausschreiben Tit.
 von Gottes-Lästerungen renovavit, & severissimè præcepit,
 ut blasphematores secundum Ordinationes Imperiales
 vel poena mortis, vel abscissione quorundam membrorum
 puniantur. Vid. MOLLER. ad P. IV. Const. I. ubi varia præ-
 judicia huc spectantia affert. Item CARPZ. ad eand. Const.
 def. 2. sequentem in modum Scabini Lipsiensis pronun-
 ciarunt. Hat sich der gefangene Leonhard König auf der
 Trincel-Stuben bey nachfolgender Gotteslästerlichen, abscheu-
 lichen und leichtfertigen Reden gebraucht, und verlauten lassen:
 Er hielte den Leib und Blut Christi für einen lautern Dreck und
 Fabel-Werck; Es wäre kein Seel-Sorger von Gott gesandt,
 sondern nur von der Obrigkeit angenommen, sie könten auch nie-
 mand selig machen, oder verdammen, und wenn ein Weib
 schwanger wäre, und zum Pfarr-Herrn käme, und sagte der
 Pfarr-Herr: Fahre aus, du unreiner Geist, woraus denn folgen
 müsse, daß die Schwangeren Evangelischen Weiber den Teufel
 trügen &c. So wird er von wegen solcher begangenen und be-
 kannten Gottes-Lästerung mit dem Schwerdt vom Leben zum
 Tode billig bestrafft.

§. XXV.

Regulariter itaque tam juxta Recessus Imperii, quam **Blasphemia**
 etiam constitutiones Saxonicas, quoties blasphemia im- **immediate**
 mediate contra Deum commissa, morte punitur; Uti **contra Deum,**
 pronunciatum refert Magnif. Dn. WERNHER. in Sel. obs. **morte punitur**
 Forensf. Volum. V. part. 8. obs. 332. pag. 599. Mens. Febr. 1725. **regulariter.**
 Id quod tamen aliquando limitatur; Si enim justo dolo- **Quod ali-**
 re aliquis sive ira commotus lubrico linguæ blasphemat, **quando limi-**
 hunc à poena ordinaria liberandum esse putamus, modo **tatur.**
 ira ex justa causa ortum habuerit, & alienationem men-
 tis induxerit, difficillimum enim est, justum dolorem tem-
 perare, cum ira accensus non sit in plenitudine intelle-
 ctus; Quavis autem ira, seu ex leviuscula causa prove-
 niens,

niens, pœnæ mitigationem neustquam meretur. FARIN. *qu. 20. all. n. 24.* Si verò de legitima & justa ira constet, tunc omninò satis erit, pœnam mortis in mitius supplicium commutare, quam severitatis exemplum statuere, præprimis cum iudicis arbitrio relictum sit, pro ratione circumstantiarum & qualitatis blasphemix pœnam mitigare; Id quod optime ex *Recessu Imperii, de anno. 1530. Tit. von Gottes-Eâsterungen und Gottes Schwûren* &c. It. de ann. 1545. Tit. von Gottes-Eâsterungen, nec non *ord. Crim. art. 106.* probatum dari potest, quibus minime Constitutiones Saxonix refragantur. Hinc, si blasphemus ira justa commotus, crimen blasphemix committat, remissa vero ira pœnitentiam agat, sane dolosus blasphemus non videtur, proptereaque etiam similibus circumstantiis urgentibus, non pœna capitis, sed alia arbitraria, fustigatationis & perpetuæ relegationis dictari solet, uti constat ex præjudiciis à CARPZOV. *ad dist. Const. 1. part. IV. def. 3. ad auctis Id. qu. 45. n. 62. seqq.*

§. XXVI.

Abscissio linguarum in Saxonia amplius usu non frequentatur.

Hoc loco prætereundum non esse arbitramur, quamvis alias per longissimum tempus in Saxonia etiam, blasphemus abscissione linguarum punitus fuerit, quod nihilominus in præsententiarum in Electoratu, post publicatam *Decisionem 75.* hæc pœna amplius non sit in usu, sed loco hujus fustigatio cum perpetua relegatione plerumque dictari solet. Rationem abrogationis hujus pœnæ PHILIP. *ad d. Dec. n. 67.* adducit sequentes: 1) quod per abscissionem linguarum & mortis & animæ periculum metuendum sit; *Mortis* quod lingua excisa per effluvium sanguinis, cui vix præcaveri valeat, mors facile subsequi posset; Quæ mortis pœna in hoc delicto non semper pro circumstantiarum qualitate, tuto irrogari valet. 2) quia lingua privatus, nec laudes Dei, Creatoris sui, coram mundo deprecari, nec animi sensa confessionario exprimere, nec olatum atque medelam Animæ, contra desperationem,

quæ-

quærere, nec (*quod maxime necessarium*) proximum mone-
re, atque ab hujusmodi horrendo peccato dehortari pot-
est. Ubi simul etiam duo præjudicia juxta dictam deci-
sionem adducuntur.

§. XXVII.

Hæc igitur pœna obtinet, si blasphemia immediate
contra Deum committatur; quæritur autem qualis ob-
tineat, si Deus non directe, sed per indirectum sive *me-
diatè* profanetur? v. g. Si aliquis de S. Maria virgine vel
aliis sanctis obscœna & scandalosa proferat? Equidem Ro-
mano-Catholici communiter asserunt, blasphemiam æque
in sanctos ac in ipsum Deum committi, quod eo nititur
principio, quod sanctos religiosa adoratione coli debere
debeant; Hinc GREGORIUS SAYIRVS *in Clav. reg. lib. 6. c. 13.
n. 4.* asserit: Blasphemiam in Deum & in Sanctos non
differre specie, sed solum gravitate & levitate materiæ
subjectæ, neque confessorem teneri inquirere, an blas-
phemia in Deum, aut in Sanctos conjecta fuerit sed so-
lum in gravitatem quoad materiam. Cui tamen rectis-
sime contradicit ZIEGL. *ad Lancell. Lib. IV. Tit. V. §. 3. verb.*
vel aliquem sanctorum p. 960. Protestantes in contrariam
abeunt opinionem, honorem scil. quæ soli Deo debetur,
sanctis non tribuendum. Interim tamen his casibus non
plane nullam, bene tamen extraordinariam pœnam di-
ctant, cum & hæc blasphemia in ipsum Deum, si non
immediate, attamen per consequentiam redundet. *Vid.*
STEPHAN. *ad Const. Crim. art. 106.* ubi sequens adducit præ-
judicium: Hat N. Marien, die Mutter Gottes, eine Hurz ge-
heissen, so möget ihr ihn, ungeachtet seiner Entschuldigung, als
solte er solches in voller Weise gethan haben, darum zur Strau-
e hauen, und ewiglich verweisen lassen, hæc addita clausula: Es
wäre denn Saches, daß die Leute, so um ihm gewest, sagen wår-
den, daß er also voll und truncken gewesen, daß er nicht stehen
mögen, auch seiner Vernunft so sehr eufsetz, daß er nicht gewußt,
was er redet, solche Trunckenheit möchte ihn etwas entschuldigen.

An in S. Ma-
riam, vel reli-
quos sanctos
blasphemia
committatur?

Notatur Gre-
gorius Sagi-
rus.

Cui recte con-
tradicit Ziegl.

gen. Conf. CARPZ. P. IV. Conf. I. def. 5. Probatâ itaque ebrietate, cessat fustigatio, & obtinet saltem relegatio nunc temporalis, nunc perpetua, uti constat ex Præjudicio, quod A. d. l. habet; Et sic etiam *Scabini Lipsienses* ei, qui beatam Virginem meretricem appellaverat, ob ebrietatem perpetuæ relegationis pœnam dictarunt, versus *Rußland*, ad Requisitionem dederet *Freyherrlichen Verichte* contra *Peter Kirsten*, *Mense Septembr. 1708.* J. LVDOVIC. *Comment. ad Conf. Crim. Art. 106.* CARPZ. qu. 45. n. 71. seqq.

§. XXVIII.

An blasphemia per imprecationes committatur?

An verò divina Majestas etiam per imprecationes scandalosâs, *mediate* lædatur proptereaque pœna, quæ alias in blasphemos statuitur, dictari possit, non immerito hic quæritur? v. g. Si quispiam pessimo voto, ut alter mala tempestate pereat, optet. Wenn er einen den Donner und den Hagel an den Hals wünschet? Certe, ob ejusmodi verba probrosa, non solum is, qui hæc evomuit, actione injuriarum conveniri. Sed iudex etiam ad inquisitionem procedere, atque imprecanti pœnam arbitrariam infligere potest, cum detestandis ejusmodi imprecationibus honor Dei omnino violetur, societas humana turbetur, atque scandalum aliis præbeatur, haud minimum, quod nunquam impune feret sceleratus maledictor, nec pius Magistratus multum transmittit. Hinc *Fac. Jur. Jenensis*, referente WILDVOGELIO in *Dissertatione de eo, quod justum est circa tempestates*, tali in casu fustigationem dictitare non dubitavit ad requisitionem C. F. zur Neustadt an der Heyde hilce formalibus hat ermeldter B. R. gutwillig gestanden, und bekennet, daß er den Fürstlichen Ampts-Verwalter zu Neuhaus g. b. als derselbe eine abgepfändete Kette von ihm abfordern lassen, gegen den Land-Knecht bestig geschmähet, ihn einen tausend sacramentalischen Schelm/Lügner und Ehebrecher gescholten, auch gewünschet, daß ihn der Donner/Bliz/Schwefel und alle Kiesel, dreyßig hundert tausend Clafter tief in Erdboden hinein schlagen solle

Sollen ic. So ist Inquisit dieser ausgestoffenen Lasterungen, Stuchens und anderer gottlosen Reden halber, mit Staupen- Schlägen des Landes ewig zu verweisen.

§. XXIX.

Cum ad formales actus etiam *iteratio* referri possit; Omnino inquirendum, *an is qui semel tantum blasphemavit*, mitius sit puniendus? Sane non pauci doctores, iique non infimi subsellii, statuunt, quod, quando poena mortis ordinaria statuenda sit, non sufficiat, blasphemum semel deliquisse, sed actus necessario esse debeant iterati; Imo nec duos, nec tres hoc casu actus tantum, sed multo plures desiderant; vid. FARIN. *de Delict. & pen. Lib. 1. tit. 3. qu. 20. n. 24.* MENOCH. *A. J. qu. Cas. 375. n. 35. seq.* TIB. DECIAN. *Tr. Cr. lib. 6. c. 3. 26.* BERLICH. *Part. IV. Concl. I. n. 88. seqq. ibique allegati.* Ubi tradunt, hanc sententiam esse communem; Cui nos etiam calculum nostrum addimus non quidem ex ea ratione, *quia plerique Dd. hanc amplectuntur*, cum optime sciamus, quod multi Dd. etiam errare possint, & ab uno veritas in contrarium dici queat, hinc in ejusmodi decisionibus *neutiquam videndum*, quis dicat, sed saltem, quid dicat; sed consentimus, ob fortiores & graviores, quas adducunt rationes; Interim contrariam sententiam rationibus non plane contemnendis propugnat, PAVLVS FRANC. ROMANVS, *cit. Dissertat. Tit. II. §. 37. ad quam L. B. ablegamus.*

An reiteratio precise requiratur? Multi affirmant.

Quibus addi- pulamur.

Alii differunt.

§. XXX.

Quae de blasphemiae iteratione diximus, ulterius hoc §. continuanda sunt, cum circa hanc quaestionem non tantum Dd. juris Saxonici, sed integra etiam collegia diu dissensum inscriptis suis publicaverint. Longa quidem serie hac omnia facillimo negotio adducere possem, nisi hic labor frustraneus esset, cum totalis per Rescriptum Electorale mox adducendum in praesentiarum plane ple- neque sit sopita; Qui vero curiositati suae de horum Do-

Circa iterationem diu in Saxonia dissensus Dd. fuit.

E

storum

storum atque Collegiorum dissensu satisfacere cupit Ill. BERGERVM in *Resolut. Lauterb.* ad Lib. 48. Tit. 19. de panis, eundem, in *Elect. Proc. Crim. Membro. III. §. 17. verbis: ubi observabis p. 126. seq. it. supplementis ad dicta El. p. 1 ob. 36. §. Part. II. pag. 13. §. 363. nec non BEYERVM, ad institut. Tit. de public. Jud. pos. 10. lit. g. (Edit Nov. de Anno. 1725. pag. 282.) ut §. HORNIVM in *Consultationibus suis &c. Classe XV. Responso. 28. p. 1052. seq. adire poterit; Ubi simul observabit, quod distinctio: An maledictio fiat verbis in abstracto prolatis, an vero in concreto, si poena blasphemo injungenda, praeise attendi debeat.**

XXXI.

Hac lis decisa
per Regium
Rescriptum.

Quae singula Mandatum Regium, cujus fecimus mentionem, clare atque perspicue decidit. Extractum hujus perhibet Ill. BERGER. in *Resolut. Lauterbach. c. l. integrum vero legi potest apud Beyerum. d. l. Cum vero novissima Editio, cui hoc saltem insertum, nondam sit in omnium manibus, in super hoc scire & partibus & Advocatis omnino necessarium; Non ingratum fore L. B. si illud verbotenus hic adjiciamus, existimavimus; Est autem hujus tenoris: Hochgelahrte, Liebe Getreue, Wir haben zeithero verschiedentlich wahrgenommen, daß in denen Rechts-Collegiis unserer Lande in Erkennung der Strafe des Hals-Eisens, bey denen, so Sacramentirens halber in die Inquisition gerathen, sich einige Discrepanz ereignet, indem theils schlechter dings auf die öffentliche Ausstellung am Pranger, oder das Hals-Eisen, bey dem sacramentiren erkannt, andere aber nicht eher auf das Hals-Eisen gesprochen, als wenn Gottes Sacramenta und zwar in abstracto gemißbrauchet, solches auch bößlich wiederholt worden / immassen auch davon vieles in hinc inde herausgegebenen Scriptis angemercket zu befinden. Wann Wir aber dergleichen eigenmächtige Interpretationes der Landes-Gesetze zugestatten keines Weges gemeynet; und, daß es bisher so geschehen, um so mißfälliger empfunden, da die Rechts-Col-*

Quod addatur.

Collegia unserer Lande, vermöge des §. 49. der neuen Erledigungen Tit. von Justitien-Sachen, ausdrücklich auf die Gleichheit im Sprechen, und Beobachtung derer Gesetze verwiesen, und die Observantien aus dieser und jener angemästen Erklärung der Constitutionen, Landes-Gerichts- und Policey-Ordnung deutlich unterfaget werden, mithin sich allerdings gebühret hätte, deme gemäß sich allenthalben zu bezeugen; Als wollen wir den §. 6. Tit. 3. der Policey-Ordnung de anno 1661. hierdurch dergestalt erklären haben, daß die Strafe der öffentlichen Anstellung am Pranger, oder das Hals-Eisen vor die Kirchen, Rathhäuser oder Schenck-Städte, nicht eher Platz haben soll, es habe denn einer NB. bey Gottes Sacramenten gesucht, und also das Wort Sacrament, Sacramentisch nicht schlechter Dinge, sondern mit dem Zusatz, Gottes Sacrament, oder Gottes Sacramentisch gebraucht, und NB. solches bößlich wiederhohlet. Und begehren dannhero, ihr wollet euch hiernach bey vorkommenden Fällen im Sprechen gehorsamst achten, und euch hinführo aller eigenmächtigen Interpretationen unserer Landes-Gesetze, bey Vermeidung ernstern Einsehens, gänzlich enthalten, und den obangezogenen 46. §. der neuen Erledigungen, auch solchen zufolge diejenigen Casus, so euch zweifelhaft scheinen, und worinnen ihr oder eure Vorfahren von anderen Judicis unserer Lande dissentiret, dasselbige nicht bereits von uns oder unsern in Gott ruhenden Herrn Vorfahren in der Ehur erdtrert sind, also fort cum rationibus juris zusammen tragen, und binnen dato und 6. Wochen, zu unserer Ersehung und gnädigsten Decision ohnseßbar einsenden. An dem geschiehet Unsere Meynung. Geben Dresden, am 24. Aug. Anno 1712. J. BECHMANN. Dissert. de Jure numellarum, von Pranger-Rechte Jenz 1684.

§. XXXII.

Sufficiant hæc L. B. quæ de blasphemia huc usque à nobis sunt adducta Plura quidem, quod non ignoramus, quæ dicta longe excederent, addi potuissent; Ne autem prolixitatis reus fiam, & materiam, quæ ob rerum amplitu-

Conclusio.

plitudinem in longissimum tractatum facile excrefcere pof-
fet, Difputationis limites excedat, finem labori impo-
no. Si vero in quibusdam, L. B. lapsus quosdam de-
prehenderit, non erubescimus enixe petere, ut eos cum
Sacratiffimo Imperatore nostro, in lege *Tanta* 2. §. 14. C.
de veteri jure enucl. communi hominum conditioni adscri-
bas. Summo autem Numini pro concessis viribus
fit in æternum

LAVS, HONOR, GLORIA.

